bē & trāsiens m̄strabit illis. P̄cinget
se id est ad retributionē p̄parat. **R**ursum
dñs n̄ penitebit eū tuos sacdos i etnum
scđm ordine melchisedech. **D**ix dñs dño
mō sede ad dextis meis. scđm. **F**aciat
illos discumbē idē metna quiete reso
ueri. Discumbē quippe r̄m i regno q̄scē
ē. **V**n dñs dicit. Veniet & recumbēt cum
abraham ysaac & iacob. **I**te scđs digne
i memoria uertit hōmū quā ad gaudiū
trāsū angloz q̄a i l. ac p̄gnacōe solo cōp̄e
constituit cogitacōe & auditate i illa etna
patria uisat. **V**niclis carnis absolut
talentū sibi creditū dño suo cū lucro rep
tauit. **Q**uā. **I**n ii. **A** dñe iste & c. **T**ransi
ens aū dñs m̄strat q̄a lucis sue. illustra
tione nos faciat. Transire uero dictū ē
cū de iudicō ad regnū redit. **P**osui ad
urozū sup potentē & exaltau electū de ple
be mā man' eū mea auxiliabit. **I**n
em dauid seruu meū oleo scō meo unxi eū.
•.an.

Dñs ac saluator nr nobis post iudiciū
trāsīt q̄a ab humanitatis formā iduum
tatis sue otemplatione nos eleuat. *R.*

In uēi dauid seruu meū oleo scō uxi eū. *Man?*
eū mā auxiliabit̄ ei. *N.* Nichil pficiet̄ i iunc?
teo ⁊ fili? iūqtatis n̄ apponet nocē ei. *Man?*

Gransire eū ē in claritatis sue speculacō
ne nos ducē ut eū quē i humanitate i
iudicio cernim? ⁊ iduūitate p̄ iudiciū in
debim?. *R.* Amavit eū dñs ⁊ ornauit eū stola glē
iduit eū ⁊ ad p̄tas paradysi coronauit eū. *N.*

In duit eū dñs lorica fidi ⁊ ornauit eū. ⁊ ad p̄tas.

Ad iudiciū uēies dñs i forma serui omib?
apparet q̄a scriptū ē. Videbūt i quē
trāsireēt. s; rep̄bi i suppliciu currunt
iusti ad claritatis sue glām p̄trahuntur
sic scriptū ē. Tollat̄ impius ne uideat
glām dñi. *R.* sicels namq; ac p̄uēs dispensa
tor i magni p̄is familias domo constitutus erat

ut cōseruis suis i tēpe mensurā tritici erogā
ret. *N.* Pro salute ⁊ augmēto gregis sibi cōmis
si cura pugili sollicit? erat. *ut offer.* *Ad et an*

Amavit eū dñs ⁊ ornauit eū stola glē iduit eū
⁊ ad p̄tas paradysi coronauit eū. *N.* Iust? ut
palma florebit. Sic cedrus lybani multiplicabit̄.

In illo tempore. Dixit ih̄c discipulis **I**n lucam
suis. Sint lumbi ur̄i p̄incti et lucerne ar
dentes i manibz ur̄is. Et **Ev. G. V. eisdē lū ḡ**
Sicut eugly fr̄es km̄i apta ē nobis **pax**
lectō recitata. Et ne aliquibz ei' pluri
cies alia fortasse videatur eā sub breuitate
transcurram' quaten' ei' expositō ita nesciē
tibz fiat cognita ut tam̄ scientibz nō sit one
rosa. **M**agnificauit eū i' sp̄tu regū et dedit
illi coronā gl̄e. **S**tatuit illi testamētū sempi
tēnū et beatificauit illū. Et dedit. **Q**uia uires
luxuria i lumbis sit fem̄is i umbilico testa
tur dñs qui de diabolo ad beatū iob loq̄t'
dicēs. Virt' ei' i lumbis ei' et fortitudo ei'
i umbilico uentris ei'. **I**ustū deduxit dñs
p̄ uias rectas et ostendit illi regnū dī et dedit
illi scienciā scōz. **H**onestauit illū i laboribz suis
Magnificauit eū i' sp̄tu regū et dedit illi co
ronā gl̄e. **H**onestauit. **P**rincipali g' seru
lumbor' luxuria designatur cū dñs dicit.
Sint lumbi ur̄i p̄incti. **L**umbos p̄cingim'
cū carnis luxuriā p̄continentiā coarctam'
Beat' uir q' i uent' ē sine macula q' p̄ auz
nō abiit nec sp̄auit i thesauris pecunie. **I**do
stabilita s̄ bona illi' i dño. **P**otuit eū tras

gredi et non est transgressus et facere mala et non fecit. Iohannes

Sed quia minus est mala non agere nisi etiam
quisque studeat et bonis operibus insudare. primum
additur. Et lucerne ardentes. Lucernas
quippe ardentes in manibus tenemus cum per
bona opera primis nostris lucis exempla mon-
stramus. **S**unt lumbi vestri percuncti et lucerne
ardentes in manibus vestris. Et nos similes hominibus
expectantibus dominum suum quem revertatur amplexus. **V**
igilate quod quia nescitis qua hora dominus vestrus ven-
turus sit. **Ex vii** Sunt lumbi. **E**t in fine libri. **In**

laud **an** Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis plaudit
deum et invenit eum. **E**t iustum deduxit dominus per vias
rectas. Et ostendit illi regnum dei. **per vias**. **an** Ecce
sacerdos. **ad vii** Euge siue bone et fidelis quia super pauca
fuit fidelis super multa te constitua dicit dominus. **ad i** **an**
Euge siue bone in modico fidelis in magna iugandum domini
tui. **ad vii** **an** fidelis siue et prudens quem constituit
dominus super familiam suam. **E**t iustum deduxit deus per vias
rectas. Et ostendit illi regnum dei. **ad vii** **an** Beatus ille
servus cum venit dominus eius et pulsauit ianuam et in-
venit eum iugulantem. **Augustinus Martini cap**

Non est inuentus similis illi qui conseruaret
legem excelsi idcirco iure iurando fecit illi
dominus crescere implebere suam. **an** Amavit eum deus

et ornauit eum. Stola gl'e induit eum. **Colla**

Adesto dñe p'cibz nr'is quas i' sc'i. y. cō
fessoris tui atq; pontificis sollempnita
te deferim' ut q' n're iusticie fiduciam n̄
habem' ei' q' tibi placuit meritis adiu
uem' p'. **Ambrosii. petri. Remigii Malachie**

Ecce sacerdos magnus qui **ad vi cap.**
i' diebz suis placuit dō. et i' uent' ē uirt'
et i' temp'e uacundie fact' ē recōciliacō.

Amant. coll' **A**audi dñe p'ces nr'as
et inter uenie[n]te beato. y. cōfessore tuo
atq; pontifice supplicationes nr'as pla
catus intende. p'. **ad xā** Ecce uere israhel
ita i' quo dolus n̄ ē. **Augustini Alarum Cap'**

Cognouit eū dñs i' bñdictionibz suis
cōseruauit illi miam suā et i' uenit
grām corā oculis dñi. **Justus ut palma.**

Dñs qui beati. y. pontificē scōr tuor
meritis coequam' cōcede p'pici' ut
qui cōmemoratis ei' festa p'colim' uite
quoq; exempla. p'. **Ambrosii. petri. Remigii**

Magnificauit eū **Malachie ad x cap.**
dñs i' cōsp'itu regū et dedit illi coronā
gl'e. **Justus ut pal. coll'** **B**ean. y. cō
fessoris tui atq; pontificis q's dñe i' ter

Nicolay
wilhelm
1911

minitem

Nicolay
wilhelm
1911

1911

cessionem placat' & ueniam nobis tribue
& remedia sempiterna concede p. *ad v f p*

A Cognouit eum dominus in benedictionibus suis & in ueniam
gratiam coram oculis domini *A* Justum deduxit dominus per

uias rectas & ostendit illi regnum dei & dedit
illi scientiam sanctorum honestauit illum in laboribus et

compleuit labores illius. *A* Justus cor suum tradet
ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum &

in conspectu altissimi deprecabitur. *A* Serue boem
fidelis quia super pauca fuit fidelis super multa

te mitua intra gaudium domini *A* *R*ama
uit eum dominus *V* Ecce sacerdos. *ad iii a* In te sanctus

digne in memoria iustorum hominum qui ad gaudium
fuerunt angelorum quia in hac perennatione solo corpore

continuis cogitatione & auditate in illa eterna
patria conuersatus est *Sermo bñ fulgentii ep̄i.*

Magnū ē bonū fr̄es km̄ & ualde cō
gruū ualdeq; cōmodū & maxime
xp̄ianis omnib; appetendū ut in uicariis
deficere nō delectet i per̄ s; om̄s p̄fice
studeant i melius. *A* rbores sumus

fr̄es km̄ i agro dñico cōstituti d̄s autē
n̄r ē agricola. Ille nos cōpluit ille

colit. Ip̄e fecunditate donat ip̄e fruc
tificandi gr̄am subministrat. **P**luuia

an̄ dī ē sermo sc̄e p̄dicatōis. Cultura dī
ē ī fusio gr̄e spiritalis. D̄s p̄cepto nos
compl̄ ut adiutorio colit. Dū cōpl̄ ut
auferit anobis ignorantie siccitate dū
colit beneuēdi condonat libertate.

Qū pl̄ ut trān cordis nr̄i ur̄igat dū
uero colit de ip̄a trā spinas & tribulos
humane cupiditatis extirpat. De leuē
fecundari celestibz pluuīs debent itaqz
ogrui fructificacōe maībz sup̄ni respō
dere cultoris. **A**t si nō possēt om̄s arbo
res equales fructus afferre nulla tam
debet ī agro dñico sterilis p̄manē. Alti
metuenda ē nobis fr̄es k̄m̄ illa sentē
cia cōminantis qua dicit. Om̄s arbor
qui n̄ facit fructū bonū excidet & ī ignē

Quod si sterilitas ī ignē mittit
at rapacitas q̄d miret. Aut quod
recipiet qui alienū tulerit si semp ar
debit qui desuo nō dederit. **A**t si iudi
cū sine m̄ia illi erit q̄ n̄ fecit m̄iam q̄le
iudiciū erit illi q̄ fecerit & rapinā. Ti
meam̄ fr̄es timeam̄ act̄ nros!

Obediēs xp̄o uendat que possidet &
elemosinā det ut de terra cor ad

celū leuet ut auariciā calcet ut ad p
 ficiōis culmē tota mētis ītentione
 festinet ut n̄ sit sollicitus q̄ s̄ mūdi s̄
 q̄ s̄ dñi ut mūdū sibi crucifixū habeat
 se q̄ mūdo crucifixū exibeat ut sit om
 nino paup̄ ī celo ⁊ diues ī xp̄o. *8. Math.*

*Y illo tēp̄e. Dix̄ ih̄c discipulis suis. Vigi
 late q̄a nescatis qua hora dñs iur̄ uen
 turus sit. Et Bl. De eodē b̄i fulgētii epi.*

Dominicus sermo quē debent om̄s
 n̄ solū studiose uere ⁊ sapienter
 audire cui nos oportet humilit̄ ac de
 lectabiliter obedire moderationis sue
 tenens ubiq̄ temp̄e ut nec ouibus
 desint pabula ne pastoribus alimenta.

Quedam specialiter solis pap̄i no
 bis ⁊ quedā uero generaliter ⁊ nobis
 ⁊ uobis. *H*olus idē seruis q̄s p̄ ille
 familias rex om̄iū dñs ad hoc ī sua
 magna domo cōstituit ut p̄lo ei' ū
 bū gr̄e m̄str̄ent̄ specialiter īiunguntur
 sc̄e p̄dicacōis officii. *G*enerale et
 nobis ⁊ uobis salutaris ī dicitur obe
 dientia mandatorū. In dñi mandatis
 tamq̄ ditissimis ferculis sic celestiu

deliciaz copia spiritalis exuberat ut iulo
di habuiderit qd paruuulus fugat
bi enim e simul lacteus potus quo tena
fidelium nutriat i fantia et solid' cub' quo
robusta pfectoz iuuent' spiritalia se uer
tutis accipiat i cremeta. vñ ad salutem
cōsulit uniuersis q's dñs saluare dignet
Et illo tēpe. Dixit ihc discipulis suis. Vigi
late q' nescitis qua hora dñs ūr uentu
rus sit. Illud aū scitote quō si sciret pat'
familias qua hora fur ueniret utiq' et
n̄ sineret p'fodi domū suā. Idē et uos es
tote p'ati quia qua hora nescitis filius
hominis uentur' sit. **Illud aū.** Quis
putas e. fidelis seruus et prudēs que cō
stituit dñs suus sup familiā suā ut det
illis cibū i tēpe. **Beatus** ille seruus que
cū uenerit dñs ei i uenerit sic facietē
am̄ dico uobis quō sup oīa bona sua cō
stituet eū. **Itē de of' lōes ex omi' Si g'g'**
Seruus que genuina talenta. **¶**
ad dño retulit laudat atq' ad etnā
remuneracōne pducit eū ei dñica uo
ce dicit. Euge serue lōe et fidelis quia
sup pauca fuiti fidelis sup mltā te

uigilaret

constitua intra gaudiu dñi tui:

Pauca sūt oīa bōa p̄sentis uite quā
 plures multa uideant. Et sic fidelis
 seruus sup̄ multa constituit quā de uic
 ta om̄i corruptionis molestia deest
 gaudijs ī illa celesti sede gl̄at. **S**eruus
 fidelis ad dñm gaudiū tunc p̄f̄c̄e ītro
 mittit quā ī et̄na illa patria assumptus
 atq; angloꝝ cetib; adm̄ptus sic īteri
 gaudet de munie ut n̄ sit iamq; exteri
 doleat de corruptione. **S**eruus qui
 opari de talento noluit ad dñm cum
 uerbis excusationis redit dices. Dñe scio
 q̄a hō durus es et metis ubi n̄ seminat
 et congregas ubi n̄ sparsisti et times
 abire et abscondi talentū tuū ī terra. Ecce
 habes qd̄ tuū ē. **N**otandū qd̄ ī uilis
 seruus dñm durū uocat cui tam adu
 crū deseruire distimulat et timuisse
 sedicat ī lucrū talē tū expedē q̄ hoc solū
 timē debuerat ne hoc sine lucro addidit.
Sūt pleriq; ītra sc̄am eccl̄iam reperietur.
 quoz uite seruus imagine tenet
 q̄ melioris uite uias aggredi metuūt
 et tam uicē ī sui torporis ignauia n̄ p̄

timescunt. **Q**uorum bene peti' adhuc in
infirmirate positus specie tenet cum uiso
miraculo p'sentis d'p'e. **E**xi' ame d'ne q'a
p'p'or h'o s'u. Immo si te p'p'ore cōside
ras optet ut ate d'um n̄ repellas. **S**ed
qui idcirco melioris habit' uas & rec
toris uite app'he'de arcē nolūt q'a i' fir
mos se eē cōspiciūt q'n & p'p'ores se fatē
tur & d'um repellūt eūq; que i' se sancti
ficare debuerāt fugiūt & uelud i' p'cur
bacōe o'siliū n̄ habēt dū moriūtur et
uitam timent. **Secundū math'm.**

A illo temp'e. **D**ix' ihc discipulis suis pa
rabolā h'ac h'o quidā p'egre p'ficiens
uocauit seruos suos & tradidit illis b'oa
sua. **Et gl'.** **Om̄' l'eo estē s'i g'g' p'.**

Lectio sc'i eugly' fr̄es k'm̄ sollicitē cō
sidate uos amonet ne nos q' plus
cetis i' hoc m̄do accepisse aliqd' cer'um
ab auctore m̄di graui' inde iudicem.

Qu' em̄ augent' dona racōne & crescūt
donoz. **T**anto g' eē humilior atq;
ad seruēdū p'umptior q'q; debet eximi
nere quanto se obligatiore eē cōspicit
i' reddenda racōne. **A** ecce h'o q' p'egre

esse

proficiat seruos uocat eisq; adnegociu
 talenta paratur. post multu tempus
 pntu reuitt racione bene opantes
 pportato lucro remunerat seruū u
 abono ope torpente dāpnat. **Q**uis
 uel hō ē q' pēgre pficiat nisi ad redēptor
 m' q' mea carne quā assūperat abuit
 icelū. Carnis em locus ppri' ē t'ra que
 qsi ad pēgrina ducit dū p'edēptorē
 n' m' icelo collocatur. **S. Mattheum.**
In illo tempore. Dñs ihc discipulis suis p
 abola hāc. hō quodā pēgre pficiens
 uocauit seruos suos & tradidit illis bo
 na sua. Et unū dedit quinq; talēta ali
 ō duo. aliū uero unū. Vnicuiq; scdm
 ppriam uirtutē & pfect' ē statim. Abuit
 autē qui quinq; talenta accepit & opa
 tus ē in eis aliq; quinq;. Similit' q' duo
 accepit lucrāt' ē alia duo. Qui autē
 unū accepit abies fodit i t'ra & ab
 scondit pecuniā dñi sui. Post multū
 uero tempus uēit dñs seruoꝝ illoꝝ
 & posuit racionē cū eis. Et accedens
 qui quinq; talēta accepit obtulit
 alia quinq; talenta dices. Dñe quinq;

Aut illi do
et

talenta

+ sup.

talenta in tradidisti ecce alia quinque
 super lucratum sum. **Euge serue bone**
et fidelis quia super pauca fuisti fidelis
super multa te constituam. Intra in gaudium
domini tui. Accessit autem qui duo accepit
et ait. Domine duo talenta in tradidisti
ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus ei
Euge serue bone et fidelis quia super pauca
fuisti fidelis supra multa te constituam
Intra in gaudium domini tui. In nat. uni. of.
Quod lect' ad o. et hominibz n. pont. ad v. cap.
 cuius memoria in benedictione est simi
 le illi fecit in gloria sanctorum. **Amant eum dominus**
et iust' summa. Ad m. h. ite cognouit iusticia
et uidit mirabilia magna et exorauit altissi
mu et inuent' est in munio sanctorum. colla. O s. qui
nos b. y. of. tu annua sollempnitate
lertificas ocede ppici' ut cuius natalicia
colim' p. ei' ad te exempla gradiam'
P. In uicario. Regē ofessor. In i. h. a. Beat'
u. et c. Euge serue. E. iust' g. h. ite cog
nouit. E. h. ic e. ur. In i. h. a. d. ne iste s. s.
et c. Amant eum dominus. E. magnificauit
Desideriu aie. E. h. ite s. s. digne. ad c. a.
Amant eum dominus et or. Sedm mattheum

ompe. D
 no reliqu
 by ent no
 sandis f
 tris pscat
 manu 7 an
 confitetur
 raquit q' u
 sedunt di
 or tantu r
 scuti sur
 by dabo
 no uobis
 regenera
 nate ita
 des duos
 os isrl
 dit qui
 u' s. s. c. r. a
 ali qui d
 scuti ca
 uentur
 ueratio
 manest
 uptione

In illo tempore. Dixit symon petrus ad ihu
Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus
te. Quid ergo erit nobis. Et respondit illi et dixit

Beatis fiduciam. De Beato Jeronimo presbitero.

Grus piscator erat dives non fuerat
labos manu et arte querebat et tam lo
quitur confidenter reliquimus omnia. Quia
enim reliquit quod uoluntate habendi deseruit

*Justum deduxit dominus per. T*gitur quia non
sufficit tantum relinquere uingit quod per
fecimus et secuti sumus te. fecimus quod iustitiam.

Quid igitur dabis primus. Ihesus autem dixit illis
Amen dico uobis quod nos qui secuti essemus
me in regeneratione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue sedebitis et uos
super sedes duodecim iudicantes duode
cim tribus israel. *Beatus uero qui inuentus.*

vobis

Non dixit qui reliquistis omnia hoc
enim et socrates fecit philosophus
et multi alii qui diuitias contempserunt
sed qui secuti essemus me quod proprie est apostolorum
atque credentium. *Et iocunditatis.*

In regeneratione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue quando et mortui
de corruptione resurgunt incorrupti

sedebitis et uos in solis iudicantiū cōdep
nantes duodecim tribus isrl q̄a uobis
credentibus illi credere noluerūt. **¶** In me
dio ecclie apuit os ei. Et impleuit eū dñs spū
sapie et intellectus. **¶** Misit dñs manū suā
et tetigit os ei. Et imple. **¶** *Mattheum*
¶ In illo tempore. Dixit symon petro ad ih̄m.
Ecce nos relinquim⁹ oīa et secuti sum⁹
te. Quid ḡ erit nobis. Ih̄c autē dixit illis. Am̄
dico uobis qd̄ uos qui secuti estis me
in regeneratione cū sederit fili⁹ hoīs in sede
maiestatis sue sedebitis et uos s̄ sedes
duodecim iudicantes duodecim tribus
isrl. Et om̄is q̄ reliquerit domū ul̄ fr̄es
aut sorores aut patrē aut matrē aut
uxorē aut agros p̄t nom̄ meum
centuplū accipiet et uitā et̄nā posside
bit. Am̄. **¶** *coll* D̄s qui nos b̄. **¶** *In laud̄ a*
Collaudabit mltā sapientiā ei⁹ et usq̄ in sc̄lū
n̄ delebit. **¶** *cap* Dilectus. **¶** *¶* *Iustū deduxit*
¶ *Iust⁹ ḡ. ad b̄ a* *Euge sue. ad j̄ a* *Euge*
serue ad m̄ a *fidehs s̄ms. cap* **¶** *In fide*
et lenitate ip̄i sem̄ fecit illū dñs et ostēdit
illi gl̄am suā et dedit illi cor ad p̄cepta
et legem uite et discipline. **¶** *¶* *Am̄ autē eū. d.*

Eliol

Bean. 2. confessoris tui dñe p̄abz **coll**
 adiuuē ut qđ possibilitas n̄a nō
 obtinet ei' nobis intercessione donet
 p. ad v̄ā **Ecce uē nr̄l. cap** **C**ustodiuit
 eū dñs ab inimicis 7 a seductoribz tuta
 uit illū et certam forte dedit ut uince
 ret 7 sciret quō omniū potentiorē sa
 pientia. **X** Justus ut palma : **Collecta**

Ad esto dñe supplicationibz nr̄is 7
 spantes ī tua m̄ia īcedente b̄to
 21. confessoris tuo celesti p̄tege benignus
 auxilio p. ad v̄ā p̄ā **C**ognouit eū dñs 7 c.
 amauit **X** Just' g' ad m̄ā **I**te scō **vni' ab̄is**
 ā **I**te cognouit **X** Just' g' **coll** **I**ntercessio
 nos qđ dñe b̄. 21. ab̄is omendat ut qđ
 nr̄is meritis n̄ ualem' ei' patrocinio as
 sequant. p. ad v̄ā **C**ollaudabit mlti. **plimoz**
 confessor ad v̄ā **S**ā p̄fide. **X** Sacerdotes tui ī dñā
 tur iusticia **Et** sc̄i tui exultent **colla** **C**on
 cede qđ om̄p̄e d̄s ut ad meliorē uitā scōz
 tuoz exempla nos p̄uocēt quatin' qđ
 sollempnia agim' 7 act' iuitem. p. ad v̄ā
Corpa scōz ī pace. **X** Sacerdotes **colla** **C**oncede.
 21. firmitate nr̄am qđ dñe p̄p̄ia' respice
 7 mala oīa que uite merem' scōz **Alia**

tuorum intercessionem auerte. p. In nat. vni.

Confitebor tibi domine *vgms ad v cap*
rex et collaudabo te domine saluatorem
meum confitebor nomini tuo quoniam adiutor et
protector factus es mihi et liberasti corpus meum a per
dicatione. *aliud cap.* **Q**ui gloriatur in domino glori
etur non enim qui se ipsum commendat ille probatur
est sicut que deus commendat. *Et specie tua et*
pulchritudine tua. Intende prope prope et regna
et pulchritudine. *Diffusa est gratia in labiis tuis propterea be*
nedixit te deus iherosolymis. *ad in a.* Veni sponsa christi
accipe coronam quam tibi dominus parauit iherosolymis.

Omni tempore semper deus qui in firma *Colla*
muni eligis ut fortia queque confidas
concede prope ut qui te. *Et mris tue sollemp*
nia colimus ei apud te patrocina sentia
mus. p. *alia* **A**audi nos deus salutaris
noster ut sic de te. *Et festiuitate gaudenti ita*
pie deuocions erudiam effu. p. *alia col*

Deus qui in potentie tue miracula etiam
in sexu fragili uictoria martyri con
tulisti concede prope ut cui natalicia
colimus per ad te exempla gradiam. p.
Et indulgentiam nobis domine beata. *Et mar* *alia*
tyr imploret que tibi grata semper existit

cetera

⁊ merito caritatis ⁊ tue p̄fessione uirtu-
 tas. **P.** *In uita* Regē uignū dūm uerte ad
 rem? **In i** **A** Quā pulchra ē tanta genera-
 tō cū caritate **P.** Dūe dō' n̄r. **A** Magna sū s̄
 formosa filie ierlm̄ idō dilexit me rex ⁊ in-
 duxit me ī cubiculū suū **P.** Celi enarrāt
A Pulc̄ es ⁊ decora filie ierlm̄ terribilis ut
 castrorū acies ordīata. **P.** Dñi ē t̄ra. **A** Specie
 tua ⁊ pulc̄tudīe tua ītende p̄spere p̄cedere ⁊
 regna. **P.** Fructauit cor. **A** Annuabit eā dō
 uultu suo dō ī medio ei' n̄ omouebit. **P.** Dō
 n̄r. **A** Hec ē que nesciuit thoz ī delicto habe-
 bit fructū ī respectōne m̄r̄z sc̄r̄z. **P.** Magnū dō'.
A Specie tua ⁊ pulchritudīe tua. Intende p̄spe-
 ⁊ regna. **lectō ex om̄l' Beati gregorii pape.**

Media nocte clamor fact' ē ecce spons'
 uenit exite obuiam ei. De aduentu sp̄o
 si clamor ī media nocte fit q̄a sic dies iu-
 dicii s̄r̄p̄t ut p̄iuderi n̄ possit q̄ndo uenit
 vñ scriptū ē. Dies dñi sic fur ī nocte ita
 ueniet. **P.** Diffusa ē gr̄a ī labijs tuis. p̄t̄a be-
 nedixit te dō ī et̄nū. **A** Dilexisti iusticiā ⁊ odi-
 sti īiquit̄e. p̄t̄a. **U**ic om̄s uirgīes sur-
 gunt q̄a electi ⁊ repleti asōpno sue mor-
 tis excitant. Lampades ornāt q̄a sua

menta. **¶** Cū eēt rex ī accubitu suo nard' mea
 dedit odorē suū. **¶** **S**anitate. **¶** Simile ē regnū
 celoz homini negotiatori querenti bonas mar-
 garitas ī uēta una p̄iosa dedit oīa sua cōpa-
 rauit ea **¶** **D**ñs regnauit. **¶** **V**eniēte sp̄so
 pendēs uigo p̄parata ītrouit eū eo ad nuptias
¶ **S**anitate. **¶** **V**ei electa mea t̄ponā n̄te tro-
 nū meū q̄a concupuit rex sp̄ciē tuā. **¶** **D**ñs
 regnauit. **¶** **A**d iuuabit eā d̄s uultu suo d̄s
 ī medio ei' n̄ cōmouebit. **¶** **P**rudentes ū-
 gnes fatuus dixerūt. **¶** **N**e forte n̄ sufficiat
 nobis t̄ uobis. **¶** **I**n illo em̄ die qd̄ tam̄ de
 quib' dā ī pace ecclie quiescentib' loquor
 sibi metip̄i testimoniū unū cuiq̄ uix suf-
 ficit quanto min' t̄ sibi p̄rimo. **¶** **V**bi p̄-
 timus p̄crepacionē sub dicit. **¶** **I**te p̄xi'
 ad uendentes t̄ emite uobis. **¶** **D**ilex-
 it iusticiā t̄ odit īiquitē. **¶** **P**̄pta unxit te d̄s d̄s
 tuus oleo leticie. **¶** **D**iffusa ē gr̄a ī labijs tuis
 p̄pta. **¶** **V**enditores olei adulatores s̄t
¶ **Q**' em̄ accepta q̄litate gr̄a uanis suis
 laudib' nitore gl̄e offerūt quasi oleū
 uendūt. **¶** **D**e quo p̄fco psalmista dicit.
¶ **O**leū aū p̄coris n̄ impinguet capud
 meū. **¶** **V**eni sp̄sa t̄ accipe coronā qm̄ tibi

dñs speravit. **P**ropter amore sanguine tuum fiduti et cum
anglis in paradysu introiti. **V**eni electa mea et
pona in te thronu meum quia scripsit rex speciem
tua. **P**ropter amore. **P**rinipale et cum in
capud e. Appellatione aut capitis ea que
prinipatur corpi mens uocat. **I**mpu
guet g capud oleu potens cum demilcet
mentem fauor ad ulantis. **H**ec e uigo
sapies que est uigilante uenit que acceptis lam
padibus supsit secum oleu. **E**t ueniente dno intro
uit cum eo ad nuptias. **A**ccipit fortitudine
lumbos suos et roborauit brachiu suu. **E**t uenit.
Qu fatue uigiles oleu uenit emere uenit
sponsus quia cum uite sue testimoniu que
runt apprimis iudex uenit que non opm s
cordiu testis. **E**. Que aut pate erat
intrauerunt cum eo ad nuptias et
clausa e ianua. **O**fferent regi uigiles
post ea prime ei offerent tibi. **I**nleticia et
exultatione. **P**rudentes uigiles aptate lampa
des uras ecce sponsus exite obuia ei. **I**nleticia.
Prudentes aptate lampades uras ecce
sponsus uenit exite obuia ei. **E**legit eam
dñs. **I**nhereditate sibi. **S**im. **M**attheum
In illo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis p

uigiles

Lectio

⊕ Sed sciendū est. qd̄ sepe in sacro eloquio. regnum
 celoz. p̄ntis t̄pis ec̄cia dicit̄. Inq̄iqz corpus sensibz unus =
 quozqz subsistit. T. R. **S**urge p̄pera amica mea et
 ueni iam em̄ hyems t̄sūt. ymbes abnt et recessit. Flores
 appunt̄ in terra. **V** Vox turturis audita est in terra
 nostra. sicut protulit gressos suos. Flores appunt̄ in terra.

... hanc simile
... que accip
... erunt ob
... amoneo
... m prava
... i quina
... die sci eug
... ea que agri
... ne pho
... aut gra l
... laudis sub
... mercede
... celestem i
... pedes suos exier
... au cetero erunt
... **H**are rede
... omis dicit
... tudis iam
... quedam du
... iustis
... **D**em elect
... Da occupat
... mea uel de h
... querendu
... sit celoz

[Faint, illegible text on a separate sheet of paper, possibly bleed-through or a separate page.]

abolam hanc. simile ē regnū celoz
decem iugibz que accipientes lampas
sua exierūt obuiā spōso & spōse

Sepe uos amoneo. Et **Ps. 101. 1. 2.**
frēs k̄mī praua opa fuge **ps. 101.**

mūdi hui' ī quānāta deuitare s̄
hodierna die sc̄i eugly lectōe cōpelloz
dicē ut et ea que agitis cū magna cau
tela timeatis ne p̄ hoc qd̄ a uobis rectū
gerit̄ fauor aut grā humana resirat̄
ne appetit̄ laudis subripiat̄ & qd̄ foris
ostendit̄ int̄ mercede euacuet̄. **Et** Simi

le ē regnū celoz decem iugibz. Que accipien
tes lampades suas exierūt obuiā spōso spōse **et**

¶ Quinqz aū ex eis erant fatue & qnqz pruden
tes. Que acci. **H**oc redemptoris uoce de
cem iugies & om̄s dicunt̄ iugies & tam̄
intra beatitudis ianuā n̄ om̄s recep
te q̄a eaz quedā dū de iugitate sua glāz
foris expetūt ī uasis suis oleū habē
noluerūt. **¶** Veni electa mea & ponā in te

tronū meū **¶** Quia sc̄ipuit rex specie tuā **¶** Sur
ge p̄pera amica mea ueni de hiberno & coronaberis

Prius querendū nobis est **¶** Quia sc̄i
quid sit celoz regnū aut cur decē

uigilibz compareret que etia uigiles pru
dentes & fatue dicuntur. Du em regnu
celoz constat qa repletur null' i gredit
etia fatuus uigibz cur simile ee philet.

Audi filia & uide & inclina aure tuā & obliuif
ce pplm tuū & domū patris tui. Et accipiet rex
speciē tuā. Quo ipse ē dñs dō tuus. **I**nduit te
dñs uestimento salutis & i dūmto leticie circū
dedit te. Quo ipse: **Secundū mathem:**

In illo temp. Dixit ihc discipulis suis pabo
lam hanc. Simile ē regnū celoz deē u
gilibz que accipientes lampades suas
erunt obuia sponso & sponse. Quis au ex
eis erat fatue accepit lampadibz nō
supserit oleū secū. Prudentes uero ac
cepunt oleū i uasis suis cū lampadibz
ay ora au fatiete sponso dormitauerūt
omēs & dormierūt. Media au nocte clamor
fēs ē ecce sponsus uenit erite obuia ei.
Tūc surrexerūt omēs uigiles & ornauerūt
lampades suas. fatue au sapientibz
dixerūt. Date nobis de oleo urō qa lāpa
des nrē extinguit. Respōderūt prudentes
dicoentes. Ne forte n̄ sufficiat nobis et
uobis ite poci' aduendentes & emite

+
et quinqz
prudentes
S; quinqz
Fatue

Ille

uobis. Cū autē irent emere uēit spōr
 Et que pate erant intrauerūt cū eo
 ad nuptias ⁊ clausa est ianua. Non
 sunt uenerūt ⁊ relique uigēs dicentes
 Dñe dñe apertis nobis. At ille respōdes
 ait. Am̄ dico uobis nescio uos. Vigila
 te itaq; q̄a nescitis diem neq; horam.
 Am̄. **In l̄ a** Hec ē uigo sapiēs ⁊ una de mūdo
 prudentū. **Ad u** uuabit eā d̄s uultu suo d̄s
 ī medio ei n̄ cōmouebit. **D̄s uultu** **v̄** Diffusa
 ē. **Ad l̄ a** Simile ē regnū celoz sagene misse
 ī mare ⁊ ex om̄i genē piscū congreganti quā
 cū impleta eēt educentes ⁊ secus litus elege
 rūt sedentes bonos ī uasa sua malo autē foras
 miserūt. **Ad ī a** Hec ē uigo sapiēs quā dñs ui
 gillante ī uēit. **Ad iiī a** Inuenta bona mar
 garita dedit oīa sua ⁊ cōparauit eā. **v̄** Spece
 tua. **Ad vī a** Media nocte clamor fact' est
 ecce sponsus uēit exite obuiā ei. **marie**
magde agne. Cecilie cap. **D̄** ñe d̄s ex
 altata sup tiam habitacōne meā ⁊ p
 morte deflueri de p̄cata sū. **v̄** Ad uuabit
 eā. **Agathe lucie katherine ad vī cap.**
Amuloz eū uos d̄i emulacione de
 spondi eū uos uniuero uiginem

sedentes

cantam exhibe xpo. *Agnete Cecilie Cor.*

Beate. *M.* mris tue dne p'rib; ofiden
tes q's clementia tua ut pea que
agim' etna remedia capiam' p. *Agathe
Lucie Katherine Marie Magde' Colla.*

ante uia

Daplo tuo q's dne spm ueritatis et pa
cis ut intercedente ba. *M.* et te tota
mente cognoscat et que tibi s' placita to
to corde sectetur p. *ad p' a* Tunc surrexerunt

oms uigies ille et ornauerunt lampades suas.

Agnete Cecilie ad p' Cap. **I**n uocau do

minu patre dni mei ut n' derelinquat
me indie tribulacois et i tempe sup' boz
sine adiutorio. *Marie Magde' Katherine
Agathe Lucie ad p' Cap.*

Sapientia
uincit malicia attingit q' a fine usq' ad
fine fortiter et disponit omnia suauiter

Elegit eam. Agnere Cecilie ad p' Colla

Pretende nobis dne misericordiam tua ut i
tercedente ba. *M.* mris tue tua que
uotis expetim' conuisione tibi placita
consequamur. p. *Marie Magde' Katherine
Agathe Lucie Cor.*

Pia q's omnip' de
ut ad te toto corde clamantes i tercede
te ba. *M.* mris tua tue pietatis i dilgentia

consequam p. ad v. s. p. a. **Q**uoniam pulchra. a
 digna si a. **P**ulchra es a. hec e que. **R**espe tua
Diffusa. **m. a.** **Q**uinqz prudentes uigiles
 acceperit oleum i uasis suis cu lampadibus me
 dia au nocte clamor fact' e ecce sponsus uenit
 exite obuiam xpo dno. **I**tem de uigilibz. **v. exoml**
Ater parolas ad dno die. **S**i **augustinus epi**
 tas solet querentes multu exerce ita q
 de decem uirgibus pnta e. Equide multi
 hinc multa senserut q n pter fide s quo
 modo partibz et omibz oueiat exposicio
 id elabozandu est. **L**egi i quadam scrp
 tura exear genere que apocrite nomi
 nantur qd n sit contra fidem s hinc loco
 michi min' congruere uisa e cōsiderati
 ois hui' similitudis partes. **A**terro
 datus dno nr ad discipulis suis de cōsumma
 cōne schi iter multos que locut' e hoc qd
 dixit. Tunc simile estimabit regnū celoz
 decem uirgibus que acceperit lampades
 suas et uenerit obuiam sponso et sponse.
Decem uirgū quarz quinqz admittuntur
 quinqz excluduntur bonoz et maloz
 discrecionē significat. **Q**uia p' si uir
 ginitatis honorabile nom e cur recep

tas exclusis q̄ cōmune. **Q**uā uidet̄
qđ sapientes penitentibz n̄ comunicāt
cū ⁊ inuidere fas n̄ sit eas que ita p̄
fōe sunt ut asponso recipiant̄ quo no
mine nullo dubitante dñs ihc x̄p̄
significatur ut miserēs opteat esse
ad p̄standū ex eo qđ habet̄ p̄scriben
te illa sententia eiusdē dñi dicentis
om̄i petenti te tribue. **Q**uid ē qđ
possit dando n̄ sufficere utrisq̄ hec
max̄ie augent̄ questionis difficulta
tē quamq̄ et cetera diligenti⁹ considerata
ut om̄ia in unā rationē occurat nich
ilq̄ i una parte dicatur qđ impediāt
aliam magna cautio est adhibenda.

Videtur michi quinq̄ uirgines sig
nificare quinq̄ partitā cōtinētiā
acarnis illecebris. Continend⁹ ē em̄
appetitus animi a uoluptate odor a
uoluptate aurū a uoluptate olfaciē
di gustandi tangendi. **Q**uia cōtinē
tia partit̄ fit corā dō ut al̄ placeatur
i teriori conscientie gaudio partim corā
hōmibz tam ut glā humana capiat̄
q̄nq̄ dicuntur sapientes ⁊ q̄nq̄ stulce.

Et illo tempore. Dixit ih̄c discipulis **S. marci**
 suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum
 thesauro abscondito in agro quem qui in-
 uenit homo abscondit et per gaudium illius uadit
 et uendit omnia que habet et emit agrum
 illum. **Et R. Omne eisdem. Si qd pp**

Celorum regnum fr̄es h̄m̄ idcirco terre
 omnis rebus simile dicitur ut ex his que
 animi nouit surgit ad incognita que n̄
 nouit quatenus exemplo uisibiliu se ad
 inuisibilia rapiat ut per ea que usu didicit
 quasi cofricat i calefaciat ut per hoc qd scit
 notu diligere discat et incognita amare.

Celorum regnum thesauro abscondito itaq
 comparat quem qui inuenit homo abscondit
 et per gaudium illius uadit et uendit uniuersa
 que habet et emit agrum illum. **Q**uare
 hoc notandum est qd inuenit thesauru ab-
 scondit ut seruet q̄a studiu celestis desi-
 derii a malignis spiritibus custodire no
 sufficit qui hoc ab humanis laudibus
 no abscondit. **I**n presenti uita quasi
 iua sumus qua ad patriam pergrimus. maligni
 in aui spe iter nrm qsi quida latronculi
 obsident. De periculis au desiderat q̄ thesauru

publice portat in uia. **Secūm matheū**
S illo tempore. Dixit ih̄c discipulis suis p̄
abolam hanc. Simile ē regnū celoz
thesauro abscondito ī agro quē qui inuenit
hō abscondit et p̄ gaudio illi uadit et uēdit
om̄ia que habet et emit agrū illū. Itē
simile ē regnū celoz hom̄i negotiatori
querenti bonas margaritas. Inuenta
aū una p̄ciosa margarita abiit et uēdit
om̄ia que habuit et emit eā. Itē simile ē
regnū celoz sagene mille ī mare et ex
om̄i genere pisciū cōgreganti. Quam
cū impleta eēt educentes et sec̄ litus
sedentes elegerūt bonos ī uasa sua malos
aū foras miserūt. Sic erit ī cōsumatiōe
secl̄i. Erubūt angli et sepabūt malos de
medio iustoz et mittent eos ī cāminū ignis
In erit fletus et stridor dēntiū. Intellectu
hec om̄ia. Dicūt ei. etiā ait illis. Idō oīs
scriba dēt̄ ī regno celoz similis erit
patri familias qui profert de thesauro
suo noua et uetera. **Am̄. In edicatione**
Quam metuend' ē locus. eccle ad. v. a.
ite uere n̄ ē hic aliud nisi dom' dī et porta celi
A Tu dñe uniuersoz qui nullā habes ī digentiā